

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 61.

Aristarchae Potentum.

seu

Aegritudo animi utraque ex parte,

Quem carpis vivum, caedis.

 Elysium-Meum, Die Veneris, 31. Aug. 1810. (Neov. 17. Aug. 1810.)

Si quis sibi persvadeat, Curiam Parliamentarem Londinensem solam esse scholam gladiatorium Aristarcharum, adversus Ministros & Sarcasmorum Officinam, is oppido fallitur, aut profecto absque experientia loquitur. — Hodierna periodica scripta & Chronica occasionalia ita dicta, documenta litteraria ex patria nostra suppeditant, quæ fidem faciunt, liberam sentiendi rationem alibi locorum æque reperiri, quam in Britannia, sequensque in novissima Statistica animadvertio, Philippicis orationibus, quæ in Pittios, Wellingtonios, Liverpoolios Anglicis in paginis dictæ leguntur, nec hilo cedit.

„Müllerii Historiæ orbis (ita ait memoratum opus) dignitati & singulari litterario præ Historia pretio proxime accedit opus D. Massenbachii, cui titulus: Memorialia Friderici Wilhelmi II & Friderici Wilhelmi III. Amstelodami 1800. — Libertate sentiendi, quæ formida-

bilis adpellari meretur, memoratus Dom. a *Massenbach* idola & heroes Borussiae Monarchiae, qui ex 4 lustris in hoc mundi politico theatro agebant, loco infimo collocat; & quamquam aliqua in hac descriptione ex ratione individualium a ctoris adjunctorum, plus, jam minus favorabiliter adumbrata esse possint, Conatus voluntasque nihilominus ejus illucet: absque spe & metu veritatem proferendi & edicendi.

Historia litteraturae paucas profecto dedicationes noscit, quae ejus essent generis, cujus illae, quibus auctor secundum *Memo-rabilium* suorum Tomum Dno. Mareschallo a *Möllendorf* & tertium Ministro Status a *Zasfrow* dedicat; in quibus in vicem incre-ceptarum officiositatis contestationum utri-que eorum fide & posteriorum judicio probatos naevos objicit. „Colophonem imposuit, (ait ad Campi Mareschallum a *Möllendorf*.) Dominatio Vestra interitui Germaniae, aut potius magnis acceleravit passibus, salutem Hollandiae non adferendo; at Germania interitum sequebatur Borussiae interitus, hic illius erat Consecrarium — quo factum: ut Dom. Vestrae Patriotismus (Borussicus) anno 1794 Catastrophem fatalem Anni 1806 prae-para-ret. Nomen Patriotae non habet, qui Cosmopolita non est — Patriotismus & Cosmopolismus a dco eoque indivulso & indissolubli nexu mutuo junguntur, simili loquendi genere, quamquam duris adeo objectionibus minus referto, utitur in sermone ad Status Ministrum a *Zasfrow*. —

„Fervidum hoc, æstuosumque dicendi genus Memorabilem horum, ad ornatum magis ad persvadendum, quam ad convincentum, cuius partium studio vacanti, solam veritatem quærenti, suspicionem obmovet quidem, velum nihilo minus nonnulli detractum est misterio, quod ut in lucem collocetur & comprobetur, demonstratio non deerit, & veritas historiaque capiet incrementum.” —

„Diuturnior obscuritas noviore Austriæ historiam fortassis obnabet, at & in hac non deerunt viri qui seris nepotibus veritatem indicaturi, prout altum hodie eorum silentium delicatæ parcimoniæ Synchronis argumentum edit — Fortassis ingenio turgens *Hormayr*, qui in suo *Plutarcho Austriaco* graphium duntaxat historiæ perficiendæ prætere videtur, sed fortassis *Hormayrus* Austriacæ fiet *Polybius Historiæ*. — Inter omnes hodie viventes Germanos, ille est *Phoenix*, qui ad scribendam statisticam historiam, eminenti quadam ratione electos se & vocatos animo senserunt.” —

Sed quid juvat libellos talismodi in medium adducere? — Historia Universalis cui explicandæ & illustrandæ servire deberent, an quæso ei locupletandæ? — ad captanda facta & memorabilia argumenta oculis subjicienda, qua nam ratione patriæ amor & mentis evolutio sæculo ætateque nostra sese atollere adnisa sit? — Neutiquam. — Id genus quisquiliæ acunt nationem contra ali-

am, obicemque ponunt Unioni ad finem eorum munem tendenti, fovent ex superioribus temporibus satas hostilitates, atque omnium animis ægritudinem & abalienationem voluntatis excitant. — Hæc conditio in memoriam mihi revocat Epitaphium, quod a me lectum olim in quadam Imperiali urbe meministi

Hic jacet, qui non jaceret.

Si crudelibus umbris non occubuisset.

Hæc verba adcommoda sunt cuiusvis amplo & exiguo Statui qui ruinam expertus, ut epitaphium honoribus Pellienis erectum, ægritudo igitur animi ex utraque parte — in nexu veritatum inanium quas tumulum pellionis ambientes sentire animo poterunt, ad vitam revocare incassum adlaborabunt.

Palatia æque tuguria occidunt, tuguria æque ac palatia exstruuntur. — Ita fit, ita fiet, itaque factum est semper — Historia occasus continuo eadem est quæ Pellionis; qui hocce tumulo non continetur, si mortem non obiisset. — Tempus adhuc validos dentes habet.

Cernimus Angliam, medio aquarum universo imperare orbi volentem in tanto auctoritatis excellentiæque fastigio. — Eadem olim ratione egerat Caribago æmula Romæ; imo gradu adhuc intensiore & potentiore. — Et hodie! nec locus quidem determinari potest, in quo superba hæc Urbs steterit. — Tempus venire poterit, quo Anglia alterius cujusdam Potentiæ Colonia, & fortassis ali-

us orbis partis Colonia reputabitur. —
Ita omnia evanescent — multa renascentur,
quæ jam cecidere cadentque, quæ uno sunt
in honore — ita & quæ nova sunt hodie,
mox antiquabuntur. —

Berolino die 7. Aug. C. Gottorp Gustavus
Adolphus die 3. Aug. isthuc adpulit, & pau-
cis post horis rursus discessit. & C. a Got-
torp (ita scribitur ex Saxonis) de præsentis
in Saxonis moratur — ubi pauco tempore
moraturus videtur. — Erat is Potsdami &
Berolini. —

Aliud nuncium memorat: „jam certum
constat: iter regis Gustavi nullum politicum
finem, verum domestica duntaxat negotia
pro objecto habere; quæ ex Svecia curan-
da & ad liquidum perducenda sunt. Perhi-
betur is Wittebergæ in Saxonis atque mora-
turus, quo responsum ex Svecia obtinuerit.

Nupero solis in hujatibus S. ædibus ora-
tiones lugubres & funebres in memoriam obi-
tus defunctæ nuper Reginae habebantur, —
His solennibus & rex ipsaque familia regia
pulla veste induta in Cathedrali Ecol. interfuit.

DD. *Delbruck, Fanke, Klewitz, Rosenstiel,*
& *Sack* &c. Incolas universos Monarchiæ Bo-
rufficæ provocare soleant programmata ad
coadendum Reginae monumentum ut rectiorem
sexus sequioris Educationem cordi habeant,
eumque in finem *Instituto Educationis puellaris*
erigendo animum operamque conferant.

Ludovicæ virtutes (ita ait memoratum
programma) ex hoc in posterum multorum

am, obicemque ponunt Unioni ad finem eom-
munem tendenti, fovent ex superioribus
temporibus satas hostilitates, atque omnium
animis ægritudinem & abalienationem volun-
tatis excitant. — Hæc conditio in memori-
am mihi revocat Epitaphium, quod a me le-
ctum olim in quadam Imperiali urbe meminiss

Hic jacet, qui non jaceret.

Si crudelibus umbris non occubisset.

Hæc verba adcommoda sunt cuiusvis am-
plo & exiguo Statui qui ruinam expertus,
ut epitaphium honoribus Pellionis erectum,
ægritudo igitur animi ex utraque parte — in
nexu veritatum inanium quas tumulum pellio-
nis ambientes sentire animo poterunt, ad vi-
tam revocare incassum adlaborabunt.

Palatia æque tuguria occidunt, tuguria
æque ac palatia exstaurantur. — Ita fit, ita
fiet, itaque factum est semper — Historia
occasus continuo eadem est quæ Pellionis;
„qui hocce tumulo non contineretur, si mor-
tem non obiisset. — Tempus adhuodum va-
lidos dentes habet.

Cernimus Angliam, medio aquarum uni-
verso imperare orbi volentem in tanto au-
toritatis excellentiæque fastigio. — Eadem
olim ratione egerat Caribago æmula Romæ;
imo gradu adhuc intensiore & potentiore. —
Et hodie! nec locus quidem determinari po-
test, in quo superba hæc Urbs steterit. —
Tempus venire poterit, quo Anglia alterius
cujusdam Potentiæ Colonia, & fortassis ali-

us orbis partis Colonia reputabitur. — Ita omnia evanescent — multa renascentur, quæ jam cecidere cadentque, quæ uno sunt in honore — ita & quæ nova sunt hodie, mox antiquabuntur. —

Berolino die 7. Aug. C. Gottorp Gustavus Adolphus die 3. Aug. isthuc adpulit, & paucis post horis rursus discessit. & C. a Gottorp (ita scribitur ex Saxonia) de præsentī in Saxonia moratur — ubi paucō tempore moraturus videtur. — Erat is Potsdami & Berolini. —

Aliud nuncium memorat: „jam certum constat: iter regis Gustavi nullum politicum finem, verum domestica duntaxat negotia pro objecto habere; quæ ex Svecia curanda & ad liquidum perducenda sunt. Perhibetur is Wittebergæ in Saxonia usque moraturus, quo responsum ex Svecia obtinuerit.

Nupero solis in hujatibus S. ædibus orationes lugubres & funebres in memoriam obitus defunctæ nuper Reginae habebantur, — His solennibus & rex ipsaque familia regia pulla veste induta in Cathedrali Ecol. interfuit.

DD. *Delbruck, Fanke, Klewitz, Rosenstiel, & Sack &c.* Incolas universos Monarchiæ Borussiae provocare soleant programme ad condendum Reginae monumentum ut rectiorem sensus sequioris Educationem cordi habeant, eumque in finem *Instituto Educationis puellaris* erigendo animum operamque conferant.

Ludovicæ virtutes (ita ait memoratum programma) ex hoc in posterum multorum

patrimonium effici debent, — Ejus sensus pro domestica solertia, ejus fidelis in Conjugem amor teneritudoque amoris in liberos, ejus propensio in omne quod nobile, bonum & ex mium, patriæ filiabus immore debet — ut suis olim conjugibus liberisque eas præstare se admittantur, qualis excelsa Borussia Regiæ Conjugi & prolibus fuit suis. Hanc in finem, in ejus monumentum, & æcu ejus patrimoniam relicta, dignum est a Natione erigi pro publico Statu Educationis muliebris Instituta, primum Berolini, Regiomonti & Wratislaviæ, tum progressive in cunctis provincialibus metropolibus, ea ratione: ut quævis provincia salutare id genus Institutum obtineat. — Ludovicæ primogenita esto Protectrix horum Institutorum, quorum singulis societas venerabilium, communi æstimationis laude famaue illustrium, animi probitate & mentis dotibus excellentium matronarum moderetur; ex hoc nobis Seminariorum pro cunctis, qui eius indigi, parentibus Alumnae egregiarum Educatricum quotannis egrediantur.

Frankofurto 16. Aug. Dies nominis natalisque Imperatoris Napoleonis heri secundum Jussum Sereniss. Regii Principis excelsi Imperantis nostri qua par erat solennitate celebratus est. Solennia pridie & ipso festo die 6 hora matut, bis ex 20 tormentis salutationibus publice annuociabantur, inter pulsam ætis campani & fragorem tormentorum solenniter Hymnus Ambrosianus, & solenne sa-

erum cum magnifica Musica pro Incolumitate Suae Mai. Imp. Gal. Regis Italiae & Rhen. Foed. Protectoris decantatum est.

Bellum Turcicum.

Ephemerides aulicae Petropolitanae de 25. Julii officiosam texunt relationem de victoriosis progressibus armorum Russicorum trans Danubium versus Constantinopolim — quae indicatur, exactis diversis praелиis Gen. perdit. Ducem C. Karmenski cum credito sibi copiarum agmine viam Schumla Constantinopolim versus occupavisse: quae ad Tschelikowy ducit; momentosum hoc molimen inter 12—22. Junii feliciter in effectum deductum est. — M. Vezirius ad Schumlam quasi conclusus, metropole prohibitus, brevique futurum perhibetur: ut proelio uno adhuc amisso Europaea Turcia victoribus cedenda sit.

In his adjunctis fatalibus, propemodum concipi mente nequit, ut fieri possit, quod Turcae defensionem suam tam regniter instruant; & adhuc minus conceptibile, si expendatur: Anglos eorum operationes dirigere. — Die primum 25. Junii sacrum vexillum Prophetae Constantinopoli erectum est, proin Russicis progressibus victoribusque exactis M. Sultannus castra petendi & serio agendi consilium habet — princeps exercitus sub ductu Jussufi amplas suppetias ex Asia percepisse fertur. — Anglos per Dardanellas asiaticas copias transvehere, periculum nequaquam adeo magnum esse, ac passim contenditur, Anglos, quorum Portae salus magis, quam

Hispaniæ cordi est, nondum e re duxisse suas copias eo expedire. —

Ita Portæ ratiocinantur amici, atque futuris Contingentibus, cuncta depascenti luvipestiferæ, quæ persæpe graviores effectus exerit, majoresque strages oiet, quam optime instructi Copiarum exercitus — in summa: credunt: si Turcæ pro more aliarum Europægentium Diaria & Annunciationes bellicorum eventorum *ex officio* publicè ederent, adjunctorum descriptionem aliam rerum faciem exhibitura esse. —

Verum quid juvant hæc omnia! — an ideo Russi Schumlæ non sunt? — tam procul nullo unquam tempore & — bello fuerunt. — Ergo hæc expeditione feliciores progressus, ac illa alia fecerunt, — q. e. d. —

H o m o.

Inter omnia creata entia, quæ natura imperviis abdidit obvelavitque mysteriis, *homo* objectum princeps admirationis est. —

Is unus & solus est, qui cuncta perspicere indagare & communicare aliis, quæ comperit, valet. — Ut primæ limites, a divina providentia præstitutos excedere vult, condit *Systemata*, id est: claudicat, fulcimentis nixus incedit, cumque securissimam se tenere viam autumat, ipso hoc articulo ad vilitatem cæterarum Creaturarum facultate cognoscendæ destitutarum delabitor & relabitor. — Pauper Humanum genus! (Povera Umanita!) —